

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Nobilitas e  
cum fonte primo

Nonnullis solet nobilitas generis parere  
ignobilitatem mentis ut minus se in hoc  
mundo despiciant qui plus se ceteris  
aliquid fuisse meminerunt.

Gregorius in dialogo.

Sed sicut  
nonnullis solet nobilitas generis parere  
ignobilitatem mentis, ut minus se in hoc  
mundo despiciant, qui plus se ceteris  
aliquid fuisse meminerunt,  
necdum praedictae sanctimoniales  
feminae perfecte linguam sub habitus  
sui freno restrinxerant, et eundem  
religiosum uirum, qui ad exteriora  
necessaria eis obsequium praebebat,  
incautis saepe sermonibus ad iracundiam  
prouocabant.

Gregorius Magnus, *Dialogorum libri*  
*IV.*, 2, 23, 2 (SC 260, A. de Vogüé ed.,  
p.206, ll.11-18).